Quelle: http://manuscripta.at/?ID=42092
Copyright: Bozen/Bolzano, Museumsverein (Depot im Stadtmuseum)



166

cum tcarcem. donec redderet debitum. Videntes autem conseruli eius quæ
fiebant. contristati sunt valde. Et venerunt et narrauerunt domino
suo. omnia quæ facta fuerant. Tunc vocauit illum dominus suus. et ait illi.
Serue nequam omne debitum dimisi tibi. quoniam rogasti me. Nonne oportuit
et te misereri conserui tui. sicut et ego tui misertus sum. Et iratus
dominus eius. tradidit eum tortoribus. donec redderet universum debitum. Sic
et pater meus celestis faciet vobis. si non remiseritis unusquisque
fratri suo. de cordibus vestris. OFF. Recordare mei domine omni
potentia tua domine nam da sermonem rectum os meum ut placeant
verba mea in conspectu
tuo principis. SEC. Da misericors dominus. ut hæc salutaris oblatio et
apprius nos tuearis in delinquendo et peccatis. et abominationibus tuearis ad
versis. P. CO. Dico vobis gaudium est angelis dei super uno peccatore pœni
tentiam agente. COMP. Supplicantes domine sacra dona misteriis hu
militate depecantes. ut quæ in tui commemoratione nos facere præcepisti.
Diuinitus prestante infirmitatis auxilium. P. Dom. XXIII.
Cum domino ego cogito cogitationes pacis et non afflictionis
in vocabitis me et ego exaudiam vos et reducam capriuitatem
vestram de cunctis locis. V. Benedixisti domine terram tuam auertisti capriuitatem
iacob. Absolue quæsumus domine tuorum delicta populorum. ut a peccatorum nexibus
quæ propria fragilitate contraximus. tua benignitate liberemur. P.
Ps. Imitatores mei estote. et obseruate ad philipenses.
eos qui ita ambulant. sicut habetis formam nostram. Multi enim
ambulant. quos sæpe dicebam vobis. Nunc autem et flens dico inimicos
crucis christi. Quorum finis interitus. quorum deus uenter est. et gloria in confusio
ne ipsorum. qui terrena sapiunt. Nostra autem conuersatio in celis est. Vnde etiam
saluatorem expectamus dominum nostrum ihm xpm. qui reformabit corpus